

*Conditor inferius nitido Patriarcha Lapillo,  
Præclaram nomen cui Federicus erat  
Pannoniæ rabiem magno moderamine pressit,  
Et pacem afflictæ contulit Italia.*

*Egregius Pastor mitis dum pasceret agnos  
Semper utrique gregi pabula lecta dedit.  
Annoſæ ætatis poſt curſum in luce quieſcit,  
Et cumulata capit præmia pro meritis.*

*Hunc Deus omnipotens proprio ditavit honore  
Poſt hæc Angelicis aſſociando Choris  
Tu quoque præcurſor Chriſti Baptiſta Johannes  
Pontifici meritis auxiliare tuis.*

Leo Patriarcha ſedit annos XXII. Hic, quia pro libertate Eccleſiæ ſuæ laborabat, à quodam Roaldo Longobardorum Duce Foro-Julii occiſus eſt; propter quod omnia ejus bona per ſententiam Principum conſiſcata fuerunt, ut infeſtiſ apparetur.

Urfuſ Patriarcha ſedit annos XXIII. Hic tempore Berengarii Secundi totus Deo deditus multas graves ſollicitudines pro Eccleſia ſua Aquilejenſi perſtulit. In Civitate Auſtriæ ſelici pace quievit, & hoc fuit circa annos Domini DCCCCXXXI.

Lupuſ Patriarcha, ſicut in antiquis Chronicis legitur, ſedit annos LVI., ſed non ita in autenticis privilegiis reperitur, quum Berengarius Tertiuſ, qui fuit ſub annis Dom. DCCCCXXXI. multa privilegia conceſſerit Patriarchæ Hengelftedo, nec non Rodalduſ ſucceſſor ſuſ largas ſibi fecerit donationes, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ.

Hengelfreduſ Patriarcha ſedit, ut dicitur, annos LVII. ſed non certè reperitur. Verum Berengarius, & Otto Primuſ multa privilegia Eccleſiæ Aquilejenſi tempore iſtiſ contulerunt, & quòd valde bonuſ, & utiliſ fuit Eccleſiæ ſuæ, bene reperitur.

Rodalduſ almiſſicuſ Patriarcha, nobiliſ genere, ſed nobilior opere, qui pro exaltatione Eccleſiæ ſuæ ubique laborans, ab Ottone Secundo, & Tertio plura privilegia, & plureſ gratias, & largitiones obtinuit, & inter cætera quidquid quidam Longobarduſ, nomine Rodalduſ, qui Leonem Patriarcham interfeceerat, de quo ſupra mentionem feci, habebat inter Placum, & Lipientiam, Eccleſiæ Aquilejenſi tradidit, ſed quantum ſederit pro vero non reperitur, ſed fertur, quòd annos LVIII. ſederit.

Johanneſ Patriarcha ſucceſſit eidem, ſeditque annos XIX. Hic ab Ottone Tertio plura privilegia habuit, & de Grado Inſula, in qua erat quidam Patriarcha Urſo nomine coram Henrico Primo Imperatore contra eum reclamavit. Qui Henricuſ Secunduſ appellabatur. Ejus uxor fuit Beata Cunegundis.

Popo Patriarcha venerabiliſ ſedit annos XXIV. Hic Cancellariuſ Magni Conradi Imperatoriſ, qui totum Orbem pacificavit, in Patriarcham aſſumtuſ eſt. Hic glorioſuſ Antiſteſ Templum Aquilejenſiſ Eccleſiæ de novo conſtruxit, quod una cum B. Papa Johanne XVIII., & aliis S. R. E. Cardinalibuſ, & aliis Episcopis Suffraganeis ſiſ conſecravit. Monafterium B. Mariæ Virginis extra muros Aquilejæ conſtruxit. Et tam Templum, quàm ipſum Monafterium mirabiliter dotavit, innumerabiliſque bona ipſi Eccleſiæ fecit, quæ brevitatiſ cauſa omitto. Hic apud prædictum Papam Johannem, & Conradum Imperatorem fieri Romæ Conciliuſ procuravit, & demum Ravennæ; in quorum itaque proclamatione facta de Grado Plebe ſua, & citato Urſone, qui ſibi falſò nomen Patriarchatuſ aſſumerat, & contumaciter in dictiſ duo-

bus Conciliis non comparente, dicta Inſula adjudicata eſt, Plebem eſſe Aquilejenſiſ Eccleſiæ, & falſò Patriarchatuſ tituluſ ſibi ineſſe, & ipſo procurante armata manu omneſ Theſauri Eccleſiæ Aquilejenſiſ, qui portati erant per Dominum Paulinum olim Patriarcham, reportati ſunt per dictum Dominum Poponem. Et huic Patriarchæ B. Papa Johannes ſuper XVI. Episcopatuſ poteſtatem contribuivit unà cum præſato Imperatore, & alia multa privilegia, & largitiones Eccleſiæ Aquilejenſi, quæ nimis prolixum eſſet enarrare per ſingula. Cujus Corpus jacet in Eccleſia Aquilejenſi in medio. Et verè in medio Eccleſiæ aperuit Dominuſ oſ ejus. In ejus ſepulcro marmoreo hi verſuſ ab omnibuſ leguntur:

*Popo Sacerdotum lux, & decuſ Eccleſiarum,  
Gloria Romani, ſpeſ ſimul Imperii.*

*Conſtrictuſ vinculiſ humanæ conditioniſ*

*Ecce ſub hac mole ſit Civis ex homine.*

*Inſruit ut Pauluſ, ſuit omnibuſ omnia factuſ*

*Ferre ſtudentiſ Domino dupla talenta ſuo*

*Hic locuſ eſt reſtiſ, quibuſ ille reſplenduit actiſ,*

*Ille quidem doniſ, moribuſ atque probiſ.*

*Exornantiſ iſtam Chriſto fundaverat Aulam.*

*Ultima principio quem dedit hora ſuo*

*In Libra Phæbo duodena: parce beato*

*Agne Dei, Domino, te rogo, parce meo.*

Heberarduſ Patriarcha huic ſucceſſit. Dieſ verò ordinationiſ ſuæ fuerunt anni V. & de ipſo nihil dicendum invenitur.

Gotpolduſ Patriarcha ſucceſſit huic, & ſedit annos XVII., qui etiam de Grado Inſula proclamationem maximam fecit, cui tam per Alexandrum Papam Secundum, quàm per Henricum Imperatorem Tertium dicta plebs cum Inſula adjudicata eſt Eccleſiæ Aquilejenſi, & per utroſque eſt ſibi data poteſtaſ ſuper XVI. Episcopatuſ, videlicet Tarviſinum, Paduanum, Vicentinum, Mantuanum, Brixienſem, Tridentinum, Crapulanum, Concordienſem, & ſic de ſinguliſ. Sub cujuſ tumba marmorea hoc Epitaphium ſcriptum eſt:

*Hoc ego Gotpolduſ jaceo miſer in Monumento*

*Hic Præſul dictuſ nomine, non merito*

*Sed quia mortaliſ me peior non erat ulluſ*

*Fili Chriſte Dei nunc miſerere mei.*

*Ora pro famulo Sanctæ Mariæ tuo*

*Perpetua à morte libera me, Domina.*

*Crux mihi ſit requieſ, Crux mihi Sancta ſaluſ.*

Ravangeruſ Patriarcha ſucceſſit eidem, & ſedit annos IV. meſeſ X. dieſ XVIII. de quo nihil reperitur.

Sigbarduſ Patriarcha ſedit annos IX. meſeſ IV. Huic Henricuſ Quartuſ dedit Marchiam Carniolæ, & alia multa privilegia conceſſit eidem Eccleſiæ Aquilejenſi, Regaliã ſuper XVI. Episcopatuſ, quos Urbanuſ etiam Papa Secunduſ confirmavit; qui Urbanuſ fuit circa annos Domini MXCVIII.

Henricuſ Patriarcha ſucceſſit, & ſedit annos VI. & meſeſ VI. de quo nihil reperitur.

Federicuſ Patriarcha ſucceſſit eidem, ſeditque annuſ unuſ, & meſeſ VI., de quo nihil reperitur.

Voldoricuſ Patriarcha primuſ ſucceſſit eidem, & ſedit annos XXXVII., meſeſ VII. dieſ VII. Hic cum Henrico Quarto Imperatore Romam vadens pro ipſiſ Coronatione. propter aliquam diſſenſionem inter Paſchalem Papam, & ipſum Henricum Imperatorem, Paſchaliſ Papa cum Cardinalibuſ capitur, & ipſi Patriarchæ in cuſtodia traditur. Tandem factiſ compoſitionibuſ Henricuſ coronatur, & poſt aliquod tempuſ, pro-